



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Nicomede presbytero [et] martyre. Cap[itulum]. lxxxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse septēbris occurrētibus Fo. cccxxviii.

De sancto Nicomede presbytero et martyre. Cap. lxxxij.



Nicomedes presbyter et martyris passus est Rome sub Flavio comite. Hic discipulus beati petri apostoli eiusque predicatione adiutor in christi nomine miracula faciebat. Qui ut castissimo viro beatus

petrus ad passionem pergens petronillam suam filiam commendavit. Cum autem flavus comes petronillam in suum conjugium requisivisset: et virginem ac matronas: ut ipsa requisivisset et misisset: ut eam ad domum ipsius associarent: ipsa quoque divinis sacramentis ab eodem nicomede presbytero percipere expressisset: ut supra in gestis petronille dicimus est pridie kalendas iunias. Turba mulierum que ad eius nuptias celebrandas venerat: et quas sancte virginis celebravit: quam beatus nicomedes sepelivit. Et dum postmodum verbum domini predicaret instantem: retus est a flavio comite tempore domitiani: pro eo potissime que felicula virginem ab eodem comite passam sepelisset: ut supra dictus est idibus iunias. Quae tentum dicitur comes fecit adduci ad sacrificandum. Quod cum facere recusaret: iubente flavio raptum plumbatis cesus est: donec spiritum exhalavit. Corpus autem eius in cyberim precipitatum est. xvij. kalendas. Decem marcellus petri discipulus scripsit.

De sancto Valeriano martyre. Cap. lxxxij.



Valerianus martyr unus fuit ex numero illorum quinquaginta: qui temporibus antonini veri imperatoris apud ludunum in carcere missi fuerant cum sancto phortino episcopo.

Et quibus christianis ipse valerianus una cum marcello martyre patefactis sanis ab angelo dimissus est: ut habetur supra in passione dicitur marcelli pridie nonas septembris. Quo quidem marcello pro martyris assumpto: dum ipse valerianus in cellula secretissima latitaret: et multos ad christi fidem converteret: pervenit ad castrum renocium in territorio cablonensi: ubi sanctus marcellus passus fuerat: ubi est a militibus presidiis captus: et cum sacrificare nolle stuprum appetit: et graviter erungulatus: tandem in christi confessione persistens in eo loco: ubi nunc corpus eius sepultum colitur: gladio animadversus est. Qui in eius agone: ut olim prothomartyr stephanus vidit celos apertos: et spiritum eius coronam ostendere preparatam. Passus est autem. xvij. kalendas. octobris.

De sancta Euphemia virgine et martyre. Cap. lxxxij.



Euphemia virgo filia senatoris philophrontis in civitate caesariensis passa est tempore dionocleriani imperatoris sub proconsule prisco. Qui primo in ipsa civitate. xliij. christianos iuvenes detentorum una cum euphemia

virgine cum nolent deo marti sacrificare pro diebus viginti in carcere maceravit. Deinde ipsos eductos alapis in faciem cecidit: deinde graviter flagellari fecit: ipsosque vincos iterum in carcere imperatori puniendos reservavit. De quibus dicitur infra. vij. kalendas octobris. Quos beata euphemia cum eis pariter detenta viriliter hortabatur. Propter quod ante proconsule adducta: cum sacrificare nollet alapis diu cesa est: deinde in carcere remissa. Quam tunc secutus et libidine opprimeret voluit: sed subito manus eius extaruit. Qui se incantatum putans: prepositum domus sue ad eam direxit: ut eam faceret consentire. Sed ille carcere clausum: nec clavibus aperire: aut securibus frangere potuit: neca demonio arreptus seipsum dilanians vis evasit. Deinde educta posita est super rotam: cuius vestes carbonibus plene erant: et artifex intra rotam signum trahentibus dederat: ut quando sonum faceret simul traheret: et sic exire igne: vestes corpus virginis dissiparet. Sed nutu dei ferrum quo rota temperabatur: manu decidens sonum fecit: et continuo trahentibus illis rota artificem comminuit: et euphemia illam servavit. Tunc pariter artificis supposito igne ipsam rotam alligatam: simul cum rota comburere voluerunt. Angelus autem domini de celo descendit: et rota combusta euphemia intactam eduxit: ministros quoque oes paralyti percussit. Tunc iussit eam proconsul in fornace ardentes mitti: cuius ignis latitudo. xlv. cubitis extendebatur. Sed signo crucis edito: inde illa educit: et in loco excelso stare conspicitur. Euphemia autem proconsulis assessor eidem consuluit: ut eam decollari faceret: dicens virtutem christianorum non nisi ferrovinci posse. Erectis ergo scalis cum solibenes et victor ad eam ferendam missi essent: videntes eam angelorum et virginum chorus circumdatam: et immenso lumine circumfusam conversi sunt ad christum: et reuersi eam percutere noluerunt: ut supra in eorum passione actum est quarto idibus septembris. Post hec passus est per capillos suspendi fecit: sed immobile permanens: negato cibo iterum diebus septem in custodia maceravit. Illa vero ab angelo quotidie refecta septimo die educta subter arborum magnos lapides posita est: quem sicut oliua confringeretur.

Et iij